

DE MATRIMONII
SACRAMENTO
DECISIONES,

I N Q U I B U S

*Ex Studio, ac Responsis Cleri Patavini ad Casus propositos, Litterarii
Exercitii causa, jussu S. M. Eminentissimi, ac Reverendissimi D. D.*

GREGORII CARDINALIS BARBADICI
EPISCOPI PATAVINI

*Amplissima MATRIMONII Materia restricta, sed clarè, & integrè explicata continetur:
ac præcipuè Quæstiones à Theologis, Canonistis, & Sacræ Scripturæ Interpretibus
agitatæ recensentur, examinantur, atque resolvuntur: innumeris propè
Historiis, Exemplis, Eruditionibusque additis, & insertis.*

L I B E R S E X T U S.

DE MATRIMONIO
 SACRAMENTO
 DECISIONES
 IN QUORUM
 EX PUNTO, ac Responsis Civ. Patavini de Causa proposita: Inter
 Franciscum caput, et Jo. de Brunnese, ac Reverendissim. D. D.
 GREGORII CARDINALIS BARBADICI
 EPISCOPI PATAVINI
 Amplissima MATRIMONII Materie rescripta, sed etiam, de hujusmodi explicitis conditionibus
 ac pactionibus, quibusdam in hunc, Canonice, & sacre Scriturae instructionibus
 hujusmodi rescriptis, examinatibus, & hujusmodi rescriptis: in hunc pro
 Historiis, Excerptis, & hujusmodi rescriptis, in hunc pro
 LIBER SEXTUS

Illustrissimo, ac Reverendissimo D. D.

PETRO BARBADICO

Electo Venetiarum Patriarchæ,
 ac Dalmatiæ Primate &c.

Joannes Clericatus Præpositus Patavinus Felices,
 ac Perennes Annos.



Siquid donare licet (Illustrissime, ac Reverendissime Primas) occasione Sponsalium maxime perè licet: Munera enim antenuptialia & apud Antiquos fuerunt in usu, ac omni ætate etiam à Modernis approbata. Firmato Conjugio Rebeckæ cum Isaaco Abrahami Filio, ejus Procurator Prolatis Vasis argenteis, ^{Genes. 24. 53.} & aureis, ac Vestibus dedit ea Rebecca pro munere; fratribus quoque ejus, & Matri dona obtulit. Princeps pariter ^{Genes. 34. 12.} ille, qui Dinæ erat correptus amore, ajebat: *Augete dotem*, &

munera postulate, & tribuam quod petieritis. Inter Poetas de Muneribus Nuptiarum tempore exhibitis Sidonius Apollinaris cecinit:

*Sic ventum ad thalamos, thbus, nardus, balsama Mirrhae,
Hic sunt; hic Phoenix busti dat Cinnama vivi.*

Ex his veneraturus ego festivas, sed sacras simul Nuptias Patriarchalis istius Ecclesiae cum Illustrissima, ac Reverendissima Persona Vestra, Eidem praesentis Libelli donum in publica latitiae signum, ac pervetusti obsequii mei testimonium, reverenter exhibeo: ipsumque Epithalamium conveniens pato; in quo de Sponsalibus, ac de Matrimonio, (tum ut contractus est, tum ut Sacramentum;) de Polygamia Veterum Patriarcharum; de Repudiis Hebraeorum; de Impedimentis omnibus impredientibus, ac dirimentibus; de Divortio; de Dispensationibus; sicque de tota Matrimoniali Materia, etsi amplissima, strictè, sed clarè, nulla ex necessariis Quaestionibus omissa; imò pluribus Historiis, ac eruditionibus infertis, discurretur. Sed & eò gratius munusculum meum eximiae Humanitati Illustrissimae, ac Reverendissimae Dominationis Vestrae futurum confido, tum quia controversias frequentissimas in Tribunali istius Patriarchatus decidendas continet, tum quia labores mei circa Decisiones has prodeunt ex illa Pastoralis sollicitudine, qua praefulgebat, in Exercitiis Litterariis hujus Cleri Patavini, Eminentissimus, ac Reverendissimus (Sanctae Memoriae) Gregorius Cardinalis Barbadicus Antistes, cujus Dominatio Vestra Illustrissima, ac Reverendissima non solum cognatus Sanguine, sed Canonicus officio, ac dilectione Filius extitit, dum in hoc Venerabili Capitulo Paduano (Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, Cardinalium, ac Summorum Pontificum Seminario, Genitoreque fecundo) resideret. Benignè itaque has Lucubrationes meas excipiat Illustrissima, ac Reverendissima Dominatio Vestra, à cujus pietatis, Prudentiae, ac Virtutum laudibus calamus abstinet, quia eas omnes Serenissimae istius Urbis, atque Universi totius Orbis populi & cognoscunt, & venerantur, ex irrefragabili fide, ac testimonio Excellentissimi SENATUS VENETI, cujus votorum plenitudo Electionem Vestram fecit, & Personam Vestram in Patriarcham eligendo benemeritam indixit, omnibusque Virtutibus ornatam commendavit: praeter illius in Aula Senatorum prodigiosum volatum Columbæ, quæ ad instar aliorum SS. Pontificum, (de quibus Scriptores gravissimi testantur) eandem Vestram Electionem, dum agerent, auctoravit.

*Cornel.
à Lep.
in Mat.
ib. 3.
16. ver.
Hac de
causa*

Patavii Idibus Junii Anno 1706.

AU.

AUCTORIS AD VENERANDUM
CLERUM PATAVINUM
ATQUE
STUDIOSOS LECTORES
PARÆNESIS.

HN, Venerandi Animarum Pastores, ac amplissima bujus Dioecesis Patavinae Confessarii, ceterique Studiosi omnes, novam, quam emittitur, post unius Anni curriculum, calamus meus Prolem, DECISIONES scilicet DE MATRIMONIO, Opus è præcipuis studiis Vestris, iisdem dum ego praessem, collectum, atque compactum. Fure vocabo istud BENIAMIN, id est in senectute genitum, charissimum, ac eximiis præditum qualitatibus, quibus adornatum ipsum Vobis exhibeo, atque diligendum fore ab omnibus valde confido. Utique, inter ceteras meas DECISIONES, has Utiliores, ac Gratiiores antumo: in eis enim, solita brevitate, ac claritudine servata, quidquid egregius ille Doctor THOMAS SANCHEZ se per multos annos, ac assiduis laboribus, in Libris decem de MATRIMONIO congestisse, ac diuturna commentatione enodasse profitetur, ego restrinxi. Utiliores dico, quia non ea tantum, quæ ad essentiam MATRIMONII, sive ut Contractus, sive ut Sacramenti speculative attinent, explicantur: sed etiam practice Impedimenta omnia recensentur; circa quæ versatissimi esse debent Parochi, & Confessarii singuli, quorum plures, non raro, evadunt inscii, prout sæpè reperiebam, dum ad me accedentes pro licentia audiendi Confessiones (Episcopium hoc, vigilantissimis, gloriosa memoria, Heris meis, GEORGIO CORNELIO seniore, atque GREGORIO CARDINALI BARBADICO, ejus Successore regentibus) attente, ac nervosè examinabam. Utiliores iterum DECISIONES has assevero; siquidem non solum conscientiae internum Forum ipsæ juvant; sed etiam externum, & contentiosum, cujus est Sponsalium frequentes altercationes dirimere, ac Divortiorum molestas, & difficiles causas, judicare, circa quas non Theologorum tantum, sed Jurisperitorum magis excellentium, atque ipsius Romanae Rotæ sententias, & doctrinas Advocati, & Judices obvias habebunt. Gratiiores postea Studiosis omnibus illas promitto, quos eruditiones, Historia, ac antiquorum exempla, delectant: bis enim plurimis refertæ procedunt, & ne tadio sint legentibus se se offerunt ornatas. Librum itaque hunc consuetæ excipite humanitate; ac meum in Vos antiquum, & constans obsequium ratum, & gratum habentes, pro iis, quæ mihi remanent typis danda, robur adjicite: & Valete.

* 3

IN.

INDEX ARGUMENTORUM DECISIONUM.

DECISIO I. ARGUMENTUM.

Ad intelligentiam hujus Tractatus, docetur, Matrimonium considerari vel tamquam simplicem contractum, vel simul etiam tamquam Sacramentum. Item vel in fieri, vel in facto esse. Tamquam contractus est de jure naturali, gentium, & civili; cui à Christo addita est dignitas Sacramenti. Hæreticorum objectiones, ac solutiones. Quando, & quo loco Matrimonium factum sit Sacramentum? Opiniones quinque. Ejusdem quadruplex nomenclatura variis eruditionibus explicata. pag. 1

DECISIO II. ARGUMENTUM.

Definitur Matrimonium tamquam contractus tum *in fieri*, tum *in facto esse*. Innuitur obligatio genitorum alendi proprios filios: & ad quid teneantur, qui mittunt illos ad Hospitalia *Domus Dei*? Inquiritur, in quo consistat essentia contractus Matrimonialis? Ostenditur septem rationibus, copulam actualem non esse de ejus essentia; idque confirmatur Exemplis Conjugum, qui in Matrimonio Virginitatem, & Castitatem perpetuam servarunt. 5

DECISIO III. ARGUMENTUM.

Disputatur famosa Quæstio, an inter DEIPARAM, & S. JOSEPH intercesserit verum Matrimonium, an sola Sponsalia? Præmissa tria, de educatione B. M. V. in Templo; de ejus Voto perpetuæ Virginitatis, quod omnium prima emisit; & de modo, ac tempore, quo fuit S. Joseph desponsata. Quod hæc fuerint tantum Sponsalia, rationes sex, ac SS. Patrum dicta. E contra, quod fuerit verum Matrimonium, rationes septem, ac SS. Patrum testimonia. Solutio rationum in contrarium adductarum, & declaratio SS. Patrum. An Votum perpetuæ Virginitatis stare possit cum Matrimonio? Tandem plura de ætate, excellentia, ac Patrocinio S. JOSEPH. 8

Definitur Matrimonium tamquam Sacramentum, & de eo quinque curiosa, sed utilia dubia resolvuntur. Videlicet: 1. An ante Legem Evangelicam Matrimonium fuerit Sacramentum in omni populo? 2. An illud Infidelium, dum baptizantur, fiat Sacramentum? 3. An illud fidelis cum infideli? 4. An illud duorum fidelium, si ipsi intendant facere solum contractum, non autem Sacramentum? Et 5. Quid de Matrimonio contracto per Procuratorem, vel per Epistolam? Referuntur Matrimonia Clodovei Regis Franciæ de Anno 494. & Leopoldi Imperatoris de Anno 1665. pag. 13

DECISIO V. ARGUMENTUM.

Inquiritur, Quænam sit Materia, & Forma Sacramenti Matrimonii? referuntur octo opiniones diversæ; quarum tres ultimæ tamquam magis probabiles commendantur. Videlicet, quod Materia vel sit contrahentium corpora; Forma eorum traditio per verba, aut nutus æquivalentes. Vel quod consensus Conjugum sit Materia: Ejusdem verò consensus expressio verbalis sit Forma. Vel quod Materia, & Forma sint Verba contrahentium sub diverso tamen respectu: nempe Materia dum traditionem corporum: Forma, dum eorumdem corporum receptionem expriment. Tandem ostenditur, An Muti, & Surdi à natiuitate possint contrahere Matrimonium; seu in Religione profiteri? 18

DECISIO VI. ARGUMENTUM.

Agitur de Ministro Sacramenti Matrimonii; & examinatur, An sit Sacerdos, vel ipsi Conjuges? Rationes sex pro Sacerdote, quæ tamen evacuatur. Aliæ septem pro Conjugibus, quæ illos veros esse Ministros hujus Sacramenti comprobant. Sacerdotis autem verba ad solam benedictionem deservire. Conjuges usque ab initio Ecclesiæ coram proprio Sacerdote solitos fuisse contrahere, ab eo benedici,

Index Argumentorum Decisionum.

nedici, & in Missa communicari ostenditur. Tandem varii, ac curiosi Ritus Romanorum, Gentilium, ac Hebræorum in eorum Matrimoniis inuendis referuntur. pag. 21

DECISIO VII. ARGUMENTUM.

Explicatur indissolubilitas Matrimonii; & pro ejus intelligentia repetitur illa divisio, quod Matrimonium aliud dicitur tantummodò Ratum; aliud verò Ratum, & Consummatum simul. Proponuntur, & solvuntur quatuor curiosa dubia, sed scitu necessaria, circa consummationem Matrimonii. Ostenditur Matrimonium consummatum esse indissolubile, & hanc indissolubilitatem provenire tum à Jure Divino, tum à Jure naturali pluribus rationibus comprobatur. Objecta quatuor contra has rationes. Resolvitur objectionum primum; aliorum trium ad sequentes Decisiones resolutione dilata. 25

DECISIO VIII. ARGUMENTUM.

Contra indissolubilitatem Matrimonii, quam esse diximus etiam de Jure naturali, adducuntur exempla antiquorum, à quibus eorum Conjugia fuerunt soluta, & Uxores repudiata; nempe Agar ab Abrahamo, Philisthea à Sampson, Michol à Davide, Vasthi à Rege Astuero, & plurimæ aliæ à Romanis, simulque à Sinenfibus, ac à Turcis. Respondetur ad prædicta exempla, & ostenditur, ea nihil concludere pro Matrimonii solubilitate, etiam de Jure naturæ. Tandem quaeritur, & resolvitur, An Matrimonia Infidelium, cum facultate repudii inita, sint valida? Et An sic contrahentes peccent? 30

DECISIO IX. ARGUMENTUM.

Sex sunt, de quibus disertè hæc decisio circa Libellum Repudii, quo Judæi dimittebant Uxores suas, *ex Deuter. 24. 1.* Videlicet, Quænam esset Formula ejusdem Libelli? & quibus ceremoniis daretur? An per ipsum solveretur Vinculum Matrimonii? An fieret absque culpa? Quibus de causis Uxores dimitterentur à Maritis? An ipsæ possent Maritos dimittere? Et an in præsentem licitum sit Repudium Uxorum inter Judæos, & alios infideles? Hæc omnia Juribus, Rationibus, Patrum Auctoritatibus, atque Historiis enucleantur. 35

DECISIO X. ARGUMENTUM.

Contra supra firmatam indissolubilitatem Matrimonii objiciuntur exempla septem Regum, ac Principum Christianorum, qui dimissis primis Uxoribus, iisdem viventibus, alias sibi conjunxerunt. Item Canones quinque Pontificum, & Lex Justinii Imperatoris, in quibus censetur permessa solutio primi Matrimonii quo ad Vinculum. Pariterque Verba Christi, *Matth. 19. 9.* quæ videntur concedere ejusdem Vinculi solutionem. Refutantur suprædicta exempla tamquam impia. Declarantur prædicti difficillimi Canones; & ostenditur in Verbis Christi, *Matth. 19. 9.* concedi dimissionem Uxorum, causa fornicationis, quoad thorum, & cohabitationem tantum, non autem quoad Vinculum Matrimonii, quod in Lege Evangelica est omnino indissolubile; duobus tantum Casibus exceptis, de quibus in Decis. seqq. pag. 41

DECISIO XI. ARGUMENTUM.

Esti Matrimonia Infidelium sint indissolubilia; ea tamen, etiam consummata, si unus conjux convertatur ad Fidem, dissolvi posse ex Christi dispensatione, in favorem Fidei concessa, ostendit hæc Decisio. Circa quam solutionem quatuor gravissima Dubia examinantur; & resolvuntur. 1. Quo tempore prædicta solutio fiat? 2. An Conjux infidelis sit prius monendus, ut se convertat? 3. Quid agendum si infidelis non reperiat? vel ob nimiam distantiam moneri non possit? 4. An Conjux fidelis teneatur cohabitare cum infideli nolente se convertere, sed offerente secum vivere absque injuria Creatoris, & sine pertrahitione ad peccatum? 49

DECISIO XII. ARGUMENTUM.

Enucleantur alia novem Dubia circa infidelium convertertorum Matrimonia; & præcipue, An dissolvantur per novas Nuptias infidelis? vel per Professionem Religiosam fidelis? aut per ejus Novitiatum, aut per Ordinationem in Sacris, seu per Pontificiam Dispensationem? Quid agendum, si conversus ad Fidem plures habeat Uxores? Ejus Filii cujus erunt? Uxor obstinata infidelis, an possit repetere Dotem à converso Marito fidelis? Et an filii eorum Legitimam? una cum alijs curiosis Quæstis. 56

Index Argumentorum Decisionum.

DECISIO XIII.

ARGUMENTUM.

Tradita nominis *Professionis* varia significatio-
ne, ac *Professionis Religioſæ* diſiſione, & de-
ſinitione, hanc ei inefſe virtu-
tem, ut vinculum *Matrimonii Rati*, nondum
conſummati, ſolvere valeat. Reſeruntur de-
cem *Canones Pontificum*, & *Conciliorum*
ſic affirmantes. Inquiritur, Quo Jure data ſit
talis poteſtas *Religioſæ* *Professionis*? Re-
cententur tres opiniones diverſæ; quibus additur
quarta, demonſtrans hanc poteſtatem eſſe ei
datam à tribus Juribus, *Divino*, *Naturali*,
ac *Pontificio*, non ſeparatis, ſed ſimul jun-
ctis. Additur ratio hujus poteſtatis; & ex ea
deducuntur quinque illationes ſcitu necelſaria,
pro prædicta ſolutione *Matrimonii Rati*
per *Professionem Religioſam* obtinenda. p. 59

DECISIO XIV.

ARGUMENTUM.

Reſeruntur *Exempla XIV. Virorum*, ac despon-
ſatarum *Virginum*, à quibus per *Regularem*
Professionem ſoluta fuerunt eorum Matrimonia
Rata. Inter hæc illud *S. Joannis Apoſto-*
li, & *Evangeliftæ*, quem fuiſſe *Sponſum* in
Nuptiis Canæ Galilææ plene comprobatur.
Ulterius illud *S. Theclæ*, *S. Cæcilie*, *S. Eu-*
phraſiæ, *S. Alexii Confeſſoris*, *Theonæ Ab-*
batis, ac aliorum. Circa prædicta *Exempla*
plures recententur eruditiones, atque doctrina,
præcipue circa triplicem ſignificationem
nominis *Religionis*. Oſtenditur, *SS. Apoſto-*
los fuiſſe verè Religioſos profeſſos. *Sanctimo-*
niales olim ſolitas fuiſſe degere tam in coeno-
biis, quàm in domo paterna. Exiſtiſſe ali-
quos *Religioſos gyrovagos*; & alia jucunda,
utilia, ac ſcitu digna. 66

DECISIO XV.

ARGUMENTUM.

Diſputatur graviffima illa *Queſtio*, Utrum Pa-
pa habeat poteſtatem diſpenſandi, & diſſolven-
di *Matrimonium ratum*, nondum conſumma-
tum? Pro negativa (quæ rejicitur) adducun-
tur rationes decem, ac *Doctores plures* eam
tenentes. Pro affirmativa alia magis ponde-
roſa rationes allegantur; ac *exempla plurima*
recententur diſpenſationum à *Summis Ponti-*
ficibus per ſexcentos continuos annos pro diſ-
ſolvendis Matrimoniis ratis conſeſarum.
Cauſam tamen juſtam eſſe necelſariam oſten-
ditur; & quæ ſunt juſtæ cauſæ, demonſtra-
tur. Multæ eruditiones perpulchræ inferun-
tur; & alia dubia, hanc *Queſtionem* con-
cernentia, elucidantur. 71

DECISIO XVI.

ARGUMENTUM.

Præmiſſa duplici ſignificatione, atque *Etymolo-*
gia hujus vocis *Sponſalia*, nec non nominum
Sponſi, & *Sponſæ*, traditur definitio *Sponſa-*
lium, eorum totam eſſentiam demonſtrans.
Declarantur ſingula verba definitionis, & pluri-
mæ *Queſtiones* circa validitatem *Sponſalium*
excitantur, ac reſolvuntur. Recententur gra-
tioſæ eruditiones, præcipue de *Sponſalitiis*
muneribus *Iſaaci*, ac *Davidis*: nec non de
Annulis pronubis S. Annæ Matris Genitricis
Dei; ipſiſque *DEIPARÆ*, ac aliarum *Sa-*
crarum Virginum. Item de uſu oſculandi
Sponſam in *Sponſalibus*. Tandem notantur
tres effectus à *Sponſalibus validis* provenien-
tes. pag. 77

DECISIO XVII.

ARGUMENTUM.

Solubilia eſſe *Sponſalia*, eſſi jurata, ſuperve-
niente aliqua juſta cauſa, præſens Decilio oſ-
tendit. Recententur omnes, & ſingulæ cau-
ſæ, à *DD. approbatæ*, pro *Sponſalium diſ-*
ſolutione. In earumdem cauſarum explana-
tione plura curioſa dubia, & *Queſtiones ſci-*
tu necelſaria circa *Sponſalia diſſolvenda*, ex-
citantur, & reſolvuntur; atque hujusmodi
materia *Hiſtoris*, *Exemplis*, *Medicorum*
Aphoriſmis, ac *Rotalibus Decisionibus* illu-
ſtratur. 84

DECISIO XVIII.

ARGUMENTUM.

Præmiſſa *Impedimentorum Matrimonialium*
Definitione, *Etymologia*, ac *Diſiſione* in im-
pedientibus tantum, & in dirimentibus; &
quod impedientia ſtatui poſſunt etiam à ſingulis
Episcopis, & à *Principibus Laicis*; circa
dirimentia oſtenditur, eorum inductionem
provenire tantum vel à *Summo Pontifice*,
vel à *Conciliis Generalibus*, vel à *Legitima*
conſuetudine; non etiam ab *Episcopis*, neque
à *Laica Potestate*. Reſeruntur *Hiſtoria nullita-*
tis Matrimonii Ducis Aureliæ, vulgò *d'Or-*
leans, *Fratri Ludovici XIII. Regis Galliæ* de
Anno 1634. tamquam contracti ſine conſenſu
ipſius *Regis*; & circa eamdem, ac circa *Ma-*
trimonia filiorum familias plura notata digna
ponuntur ex *Caramuelis*, ac *Tonduti* rela-
tionibus. Tandem, An *conſuetudo poſſit*
abrogare impedimenta? Et an hiſ detentus
peccet contrahendo. 90

DECISIO XIX.

ARGUMENTUM.

Explicatur primum *Impedimentum dirimens*,
quod

Index Argumentorum Decisionum.

quod vocatur *ERROR*, data ejus diſiſione,
quod ſit vel circa ſubſtantiam *Perſonæ*, vel
circa *Qualitatem*. *Error* circa *Perſonam* di-
rimat *Matrimonium*, ut de *Lia ducta pro Ra-*
chele à Patriarcha Jacob. Sub nomine *ERRO-*
RIS oſtenditur venire *Stultitiam*, & inter
ſtultos connumerari nimum *Amantes*, ac
Ebrios, quorum *Matrimonia* quando nulla
ſint, demonſtratur. Idemque docetur de *Im-*
puberibus. De *ERRORE* qualitatis *perſonæ*,
& quando irriter conjugium? per varias *Re-*
gulas, & *Exempla à DD. ſumpta*, plene,
ac doctè diſſeritur. pag. 97

DECISIO XX.

ARGUMENTUM.

Agitur de *Impedimento dirimente* quod voca-
tur *Conditio*; & oſtenditur, illud eſſe duplex:
Unum *Conditionis ſervilis*: Alterum ob
conventiones, ſeu pacta, ſub quibus poteſt *Ma-*
trimonium iniri. Declaratur primum, præ-
miſſa origine ſervitutis, ac ſervorum, nec
non eorum ſine apud nos *Chriſtianos*. Expli-
catur Secundum per quatuor genera conditio-
num; & clarè, ac facile docetur, quando
prædictæ omnes conditiones irriter *Matri-*
monium; vel ipſa irriterentur. 101

DECISIO XXI.

ARGUMENTUM.

Præmiſſis variis ſignificationibus *Voti*, ejuſdem
definitione, ac multiplici diſiſione, oſten-
ditur, *Votum ſolemne Caſtitatis*, vel in *Re-*
ligione, vel in *Sacrorum Ordinum ſuſcep-*
tionem emiſſum, eſſe *Impedimentum diri-*
mens Matrimonium. Reſeruntur duodecim
Vota Hebræorum, qui tamen nunquam
vovebant *Caſtitatem*, itaut *DEIPARA* fuerit
prima, quæ eam voverit. Inquiritur, Quo
Jure *Votum ſolemne Caſtitatis* dirimat *Ma-*
trimonium? & Quo *Tempore ſit inſtitutum*
hoc *Impedimentum*? Tandem firmatur, poſ-
ſe *Summum Pontificem* in *Votis ſolemnibus*
Caſtitatis ex juſta cauſa diſpenſare. 106

DECISIO XXII.

ARGUMENTUM.

Declarat præſens Decilio *impedimentum diri-*
mens Cognationis Naturalis, tradita ejus de-
ſinitione, ac explicatione *Spiritus*, *Lineæ*,
& *Graduum*, cum tribus regulis pro eorum
computatione. Docet uſque ad quem gradum
Cognatio Naturalis dirimat *Matrimonium* de
Jure Canonico. An de Jure naturæ prohibi-
tium ſit *Matrimonium* in primo gradu,
tam in *linea recta*, quàm in *linea laterali*?
In quibus gradibus utriuſque *Lineæ* poſſit Pa-
pa diſpenſare? Ponuntur *Exempla*, & *Hi-*

ſtoriæ circa dictas *Queſtiones*. *Pœnæ*, &
punitiones Copulæ inceſtuoſæ. pag. 112

DECISIO XXIII.

ARGUMENTUM.

Declaratur, quid ſit *Cognatio Spiritualis* diri-
mens *Matrimonium*, & à quo Jure procedat?
Oſtenditur, A quibus contrahatur *perſonis*?
Et in hiſ quæ requiſita ſint necelſaria
ad eam contrahendam? Explicantur plurimi
caſus, in quibus, vel ex *DD. placito*, vel
ex *declarationibus Sacræ Congregationis* con-
trahitur, vel non, à *Patris ipſa Cognatio*?
Reſeruntur *pœnæ*, & *punitiones* ex *Sacris*
Canonibus, & ex *Hiſtoriis* contra *Cognatos*
Spirituales, qui inter ſe contraxerant *Matri-*
monium. 119

DECISIO XXIV.

ARGUMENTUM.

Ad intelligentiam *Cognationis Legalis*, quæ eſt
Impedimentum dirimens Matrimonium, pro-
veniens ex *Adoptione*, traditur plena, ac
perfecta explicatio ipſius *Adoptionis*. Hæc
dividitur in *Divinam*, & *Humanam*. *Hu-*
mana ſubdividitur in *perfectam*, & in im-
perfectam; ideſt in *Arrogationem*, ac ſim-
plicem *Adoptionem*, atque definitio, diſſe-
rentiæ, & effectus ponuntur utriuſque. *Hi-*
ſtoriis, ac *Exemplis* probatur, *Adoptionem*
eſſe inventam de *Jure Gentium*, inſtauram
de *Jure Civili*, & approbatam de *Jure Ca-*
nonico pro *Impedimento Matrimonium diri-*
imente. Declarantur tres *Lineæ*, ſeu ſpe-
cies ejuſdem *Cognationis Legalis*, ac quo-
modo, & quando eadem dirimat *Matrimo-*
nium? Tandem An *Papa* diſpenſet in illa? 123

DECISIO XXV.

ARGUMENTUM.

Impedimentum Criminis dirimens *Matrimo-*
nium exponit hæc Decilio. Illud ab *Ecclē-*
ſia eſſe introductum demonſtrat: ideò *Con-*
jugium David cum *Berſabea* hac nullitate
non laboravit; imò nec hoc *Crimine* diri-
mente fuit affectum. Ponuntur quatuor *Ca-*
ſus, in quibus patratum hoc *Crimen*; & re-
cententur conditiones necelſariæ, ut per il-
lud irriteretur *Matrimonium*. *Hiſtoriæ Uxo-*
rum adulterantium, ac *Viros ſuos occiden-*
tium; *punitioſque* *Divinæ Juſtitie* in ea-
dem, & alios adulteros. 129

DECISIO XXVI.

ARGUMENTUM.

Tractat hæc Decilio de *Impedimento Dispari-*
tatis

Index Argumentorum Decisionum.

vis Cultus, Matrimonium dirimente. Demonstrat Juribus, Rationibus, Historiis, ac Exemplis, illud provenire non à Jure Naturali, non à Jure Divino, non à Jure Ecclesiastico scripto; sed à Consuetudine per Ecclesiam approbata. Docet, Matrimonia inter Catholicos, & A catholicos esse quidem illicita, sed tamen valida. Leonardi Lessii eximii Theologi Soc. Jesu monita Spirituاليا septem; & ejus mortis tempus. pag. 133

DECISIO XXVII.

ARGUMENTUM.

Continet hæc Decisio, quidquid dici potest, aut sciri debet de Impedimento, Matrimonium dirimente, Vis, & Metus. Harum vocum Etymologia, definitio, ac divisione præmissis, explicatur, Quo Jure Metus gravis dirimat Matrimonium? & Quot conditiones requirantur, ut Metus dicatur gravis, cadens in constantem Virum? Resolvitur, An Metus reverentialis? An blanditiæ, & preces importunæ? An Metus incensus à causa naturali? vel ab homine ex justa causa illatus reddat Matrimonium nullum? Item Utrum hoc revalidari possit Juramento? Vel copula carnali subsequente? In quibus omnibus per exempla, ac DD. punctuales doctrinas tota Metus materia clarè, ac juridicè declaratur. pag. 137

DECISIO XXVIII.

ARGUMENTUM.

Ostendit hæc Decisio, irrita esse Matrimonia contracta ab Ordinatis in Sacris; & quibus poenis iidem sic contrahentes afficiantur? E converso docet, Uxoratum posse Ordinari in Sacris, quinque tamen concurrentibus conditionibus. Agitur de causis, ob quas Papa possit dispensare, ut Ordinatus in Sacris Uxorem ducat. Exempla hujusmodi Dispensationum, & præcipuè de Anno 1690. sub Alexandro VIII. pag. 145

DECISIO XXIX.

ARGUMENTUM.

Ad explicationem Impedimenti Ligaminis, Matrimonium dirimentis, recensentur omnia, quæ à Theologis, Canonistis, & Historicis traduntur de Polygamia, & Polyviria. Harum Vocum derivatione, divisione, ac definitione præmissis, refertur apud quas Nationes utraque fuerit in usu? Disputatur, An Polygamia, & Polyviria prohibita sint omni Jure, Divino, Naturali, Canonico, & Civili? Inquiritur, Utrum peccaverint Patriarchæ antiqui, ac alii Hebræi Polygami? Quomodo poterit Deus cum illis circa Po-

lygamiam dispensare? Martini Lutheri, ac eius discipulorum impium Votum, & Consilium datum in scriptis Landgraviæ Hassiæ, ut vivente prima Uxore, secundam duceret. Quibus poenis Polygami sint plectendi? Bigamia, ac Biviria an sit licita? Mors primi conjugis quomodo sit probanda pro secundo Matrimonio contrahendo? Historia, Exempla, ac Jurium declarationes ad ornatum materiam. pag. 148

DECISIO XXX.

ARGUMENTUM.

Publicæ Honestatis justitia, quæ dirimat Matrimonium, in hæc Decisione declaratur. Ostenditur, eam esse inductam ab Ecclesia; & oriri vel ex Sponsalibus validis, vel ex Matrimonio Rato. Ex illis per Concilium Tridentinum dirimere Matrimonium in primo gradu tantum: ex isto, usque ad quartum. Referuntur octo casus, in quibus Sponsalia sunt invalida, & ex eis non oritur Publicæ Honestatis. Exempla aliquorum, qui ante pubertatem genuerunt filios: Quæ sint exponenda. Papæ pro impetranda dispensatione super hoc impedimento Publicæ Honestatis. pag. 155

DECISIO XXXI.

ARGUMENTUM.

Explicatur ex ædissimè, Quid, & Quotplex sit Affinitas? Et inter quas personas ejus impedimentum dirimens contrahatur? Ostenditur, tria Affinitatis genera olim fuisse, nunc Unum tantum, duas tamen lineas Rectam, & Transversalem complectens. Docetur, Affinitatem ex copula licita impedire, & dirimere Matrimonium inter Affines, in utraque linea, usque ad quartum gradum inclusive: Ex copula autem illicita usque ad secundum. Disputatur, Quo Jure Affinitatis Impedimentum sit introductum? Et an de Jure Naturali sit prohibitum Matrimonium in primo gradu utriusque lineæ inter eisdem Affines? Tres sententiæ referuntur innixæ rationibus, Canonibus, Historiis, & Exemplis. Eligitur sententia negativa in utraque linea; etque, ultra fortes rationes, suscitatur variis Dispensationibus Apostolicis, in primo gradu lineæ transversæ concessis. Tandem deciditur, An Episcopus, & Confessarii Regulares possint dispensare cum Affinibus incestuosis ad petendum debitum? pag. 159

DECISIO XXXII.

ARGUMENTUM.

Impedimentum Impotentia dirimens Matrimonium in præsentia Decisione explicatur. Quid, & quo-

Index Argumentorum Decisionum.

& quotplex sit hæc Impotentia? ostenditur. Quando, & quomodo per eam dirimantur conjugia? Docentur, decem esse personas ad Matrimonium valide contrahendum impotentes, nempe: 1. Nimis frigiditas. 2. Nimis caliditas. 3. Defectus in vestro patientes. 4. Excelsus in eodem portantes. 5. Arctas mulieres. 6. Maleficiatos. 7. Impuberes. 8. Senes. 9. Eunuchos. 10. Hermaphroditos. Prædictorum omnium Matrimonia quando invalida sint censenda, & quomodo sint irrita declaranda? Theologorum, Canonistarum, ac Medicorum eximii doctrinis demonstratur, atque Rotalibus Decisionibus, & lepidis Historiis, ac Exemplis definitur. pag. 169

DECISIO XXXIII.

ARGUMENTUM.

De Impedimento dirimente, Si Rapta sit Mulier, differit hæc Decisio. Raptus vel est Ecclasiæ mentis in Deum; vel est Crimen, per vim auferens aut bona, aut mulieres alienas. Tria jura Canonica punientia mulierum Raptores. Ex Tridentino Concilio Matrimonium esse non potest inter Raptores, & Raptam, nisi hæc in loco tuto posita liberè consentiat. Resolvuntur novem difficultates, seu omnino necessariae circa decretum ejusdem Concilii. Tandem per Historias, mala ex Raptu mulierum provenientia demonstrantur. pag. 175

DECISIO XXXIV.

ARGUMENTUM.

Ad tollenda clandestina Matrimonia, duo adhibita sunt remedia à Concilio Tridentino sess. 24. cap. 1. de Matrim. Unum, quod præmittantur Denunciationes à Parocho: Alterum, quod ad ejus præsentiam, duorumque, aut trium testium, Matrimonium celebretur. De necessitate earumdem Denunciationum agitur in Decisione præsentia, & docetur, quibus loco, & tempore sint faciendæ? ac quando obligent sub mortali scientes Impedimentum, ad illud revelandum? Ostenditur, à quibus Denunciationes possint remitti? Et quibus de causis? Tandem conditiones traduntur, sub quibus Papa dispensat super Impedimento, quando omisæ fuerunt Denunciationes. pag. 179

DECISIO XXXV.

ARGUMENTUM.

De necessaria præsentia proprii Parochi, ac duorum saltem Testium agitur in hac Decisione pro Matrimonii validitate. Explicatur Quis sit proprius Parochus? Et qui alii veniant ejus appellatione? Utrum Abbates, & Archiepiscopi habentes Parochiales unitas, ac de-

Menſa, possint in eis tamquam Parochi assistere Matrimoniis? Delegatio alterius Sacerdotis, Cui, à Quo, & Quomodo sit faciendæ? Requisita tria, ut contrahentes Matrimonium dicantur esse de illa Parochia? Quibus in locis, & à quibus Personis servandum sit Decretum Tridentini Concilii de præsentia Parochi, & testium. Circa omnia prædicta referuntur Casus recentes, ac curiosi resoluti tum S. Congregationis Concilii Declarationibus, tum Decisionibus S. Rotæ Romanæ. pag. 184

DECISIO XXXVI.

ARGUMENTUM.

Præter quatuordecim Impedimenta, Matrimonium dirimentia, omnibus nota, ostenditur, duo alia reperiri: Unum in Ecclesia Latina, quod est Interdictum Judicis cum Decreto irritante ob aliquam urgentem causam, qualis est desoratio Sponsæ: Aliud in Ecclesia Græca, si conjugium quarta vice incætur. Canones, Rationes, ac Doctores allegantur circa facultatem Judicis prohibendi Matrimonium sub pœna nullitatis ante expeditionem litis. Jura contraria resolvuntur, & Doctores circa hoc discrepantes concordantur. pag. 189

DECISIO XXXVII.

ARGUMENTUM.

Explicantur duodecim Impedimenta, quæ impediunt, sed non dirimunt Matrimonium. Eorum prima quinque in Religionis Christianæ obsequium; alia septem in pœnam gravissimorum criminum introducta fuisse ostenditur. Plura dubia circa eorum intelligentiam, obligationem, ac dispensationem à Doctoribus excitata, & scitu omnino necessaria, resolvuntur. pag. 193

DECISIO XXXVIII.

ARGUMENTUM.

De Usu Matrimonii quinque Quæstiones proponuntur, & examinantur, ad cognoscendum, An sit Actus bonus? cadatque sub præcepto? Quatuor circumstantiæ recensentur à Conjugibus in copula maritali servandæ; idest Finis, Temporis, Loci, ac Modi, circa quas, aliosque actus inhonestos, Uxoratis permisos, strictim, ob ruborem, docetur quidquid latè a Moralibus de iisdem tractatur. S. Francisci Salesii, atque S. Ephrem effata pia, sed energetica. pag. 197

Index Argumentorum Decisionum.

DECISIO XXXIX.

ARGUMENTUM.

Divortii Etymologia, Definitione, ac Divisione præmissa, agitur de causis, quibus Divortium inter conjuges fieri potest quoad Thorum, & Habitationem. Omnes causæ reducuntur ad quatuor genera, nempe ad Devotionem, ad Contagionem, ad favam Tractationem; & ad spiritualem, ac corporalem Fornicationem. Explicantur in specie causæ omnes, quæ sub his generibus continentur: & ostenditur, Quæ Auctoritate fieri debeat Divortium? Et quibus poenis Conjuges eidem causam dantes afficiantur? pag. 201

DECISIO XL.

ARGUMENTUM.

Differitur de Dispensationibus Matrimonialibus super Impedimentis dirimentibus, tam pro Foro externo, quam pro Foro interno. Circa primas, referuntur duodecim Notabilia, à Vicariis, ac Ministris Episcopalibus omnino scienda, ac observanda pro recta Matrimonialium dispensationum expeditione. Circa secundas, declarantur totidem Clausulæ existentes in Litteris Sacre Pœnitentiariæ, ut ex earum notitia, ac perfecta intelligentia Confessarii, tam Saculares, quam Regulares, ritè, ac rectè valeant dispensare in Impedimentis occultis, atque Litteris S. Pœnitentiariæ punctualem executionem dare. pag. 206



DE



DE
SACRAMENTO
MATRIMONII.

DECISIO I.
ARGUMENTUM.

Ad intelligentiam hujus Tractatus, docetur, Matrimonium considerari, vel tamquam simplicem contractum, vel simul etiam tamquam Sacramentum. Item, vel in fieri, vel in facto esse. Tamquam contractus est de jure Naturali, Gentium, & Civili; cui à Christo addita est dignitas Sacramenti. Hæreticorum objectiones, ac solutiones. Quando, & quo loco Matrimonium factum sit Sacramentum? Opiniones quinque. Eiusdem quadruplex Nomenclatura variis eruditionibus explicata.

SUMMARIUM.

- 1 Matrimonium consideratur & ut contractus civilis, & ut Sacramentum.
- 2 Item aliud in fieri, aliud in facto esse.
- 3 Matrimonii contractus sex requisita.
- 4 Copula carnalis an sit de essentia contractus Matrimonii?
- 5 Contractus Matrimonii est de Jure Civili, Gentium, ac Nature.
- 6 Contractus Matrimonii quando habuit initium?
- 7 Copula maritalis an ante peccatum Ade esset sine delectatione Venerea?
- 8 Hæretici, qui docebant Matrimonium esse rem malam.
- 9 Deus bis instituit contractum Matrimonii.
- 10 Matrimonium an cadat sub Precepto; vel sub Consilio? Et n. 11.
- 12 Lacabant Conjuges se olim aqua post copulam.
- 13 Hæretici negantes Matrimonium esse Sacramentum.
- 14 Horum Argumenta sex. Et horum solutio num. 18.
- 15 Matrimonium esse Sacramentum est de fide.
- 16 Argumenta hoc idem probantia.
- 17 Dona quatuor Spiritualia, que dantur conjugibus.
- 18 Quando & quo loco Matrimonium factum sit Sacramentum à Christo? De hoc opinioniones quinque.
- 19 Matrimonii nomenclatura quadruplex.
- 20 Sponsalium significatio.
- 21 Conjugium cur dicatur Matrimonium?
- 22 Cur Connubium?
- 23 Puellas maritandas etiam Eibnici vel cooperiebant.
- 24 Hymeneos agere, quid sit?
- 25 Matrimonium cur à Matre denominetur, & non à Patre?

De Sacram. Matrim.

V isum fuit expedire, ut Clerus Patavinus circa Matrimonii Sacramentum particulare studium faceret: quippe Capellanorum plurimi, pro confessionibus excipiendis à me de more examinati, reperti sunt, veram hujus Sacramenti naturam, partes essentielles, ac potissimum impedimenta ignorare. Igitur, annuente Eminentissimo, ac Reverendissimo GREGORIO CARDINALI BARBADICO Præfule Vigilantissimo, hoc anno 1683, duo fuere proposita Quæstia pro initio hujus tractatus, scilicet 1. Quid sit Quadruplex sit Matrimonium? 2. Cur hoc nomine nuncupatur?

Quod ad Primum responsum fuit: Quod Matrimonium dupliciter consideratur, vel tamquam simplex contractus Civilis, vel tamquam Sacramentum Ecclesiæ. Primo modo Matrimonium dicitur esse civilis contractus, proveniens ex mutuo consensu Maris, & Femine, qui ad invicem sibi promittunt propriorum corporum traditionem perpetuam, & in eadem jus, ac reciprocum dominium ad effectum generandi filios; que quidem promissio, obligatio, ac dominium promissum inter conjuges à Theologis vocatur Vinculum proveniens à prædicto contractu civili; adeo ut ipsamet obligatio, seu mutus promissio sit contractus Matrimonii in fieri; at vinculum prædictum sit contractus Matrimonii in facto esse permanens, ac emanans ab eodem contractu in fieri, & sic contractus in fieri, nempe ipsa promissio, sit causa hujus vinculi; ipsum autem vinculum, tamquam perpetuum, ac permanens, sit effectus illius actionis transeuntis, in qua conjuges contrahunt ad invicem, & celebrant hunc contractum Matrimonii; ut fufius differunt Theologi, inter quos Matrus in 4. sent. disp. 7. de Matrimonio num. 2. Emin. Card. de Lauræa eod. tr. de Matrim. disp. 12. numer. 8. ubi doctè advertit, ad hunc contractum merè civilem perficiendum sex requiri: Primum consensum internum maris, & femine; Secundò exteriorem expressionem talis consensu, verbis, vel aliis signis factam; Tertio traditionem corporum, que est objectum contractus, & translatio dominii; Quarto Vinculum prædictum, idest jus perpetuum talis dominii mutui; Quintò obligationem ad dandum, seu reddendum debitum; & Sextò consummationem Matrimonii per copulam actualem. Eadem docet Eminent. Cardin. Capifuccus in Controuersis Theologicis selectis Controv. 14. §. 3. ubi tamén eruditè probat, copulam actualem prædictam non esse de essentia prædicti contractus ex doctrina D. Thomæ in 4. sent. dist. 30. qu. 1. art. 2. quæstione. 2. & S. Bonaventuræ in 4. dist. 26. p. 2. qu. 3. ca